

Joachim Heinrich Sibrand

**Rector Academiæ Rostochiensis, Joachim. Henricus Sibrand ... Exeqvias Viro
Nobilissimo Et Spectatissimo Dn. Petro Erdmann Donati, Ministro Academiæ
Publico Fidelissimo, D. 1. Martii A. cl Icc XIV., A Mœstissima Vidua Decenter
parandas, indicit, ... Omnes Omnia Ordinum Cives Academicos peramanter
invitat**

Rostochii: Wepplingus, 1714

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747564361>

Druck Freier  Zugang



Sibrand, J. H.,

in

P. E. Donat.

Rost. 1714.

72



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747564361/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747564361/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747564361/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747564361/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747564361/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747564361/phys_0004)

DFG

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOACHIM. HENRICUS
SIBERARDI

U. J. D. & Institut. Prof. Publ. Ordin.

Exeqvias
VIRO NOBILISSIMO ET SPECTATISSIMO

DN. PETRO
Erdmann DONATI,

MINISTRO ACADEMIÆ PUBLICO FIDELISSIMO

D. I. Martii A. d^o bcc XIV

A
Mœstissima VIDUA

Decenter parandas, indicit,

Ad easque freqventer eundas

Omnis Omnia Ordinum Cives Academicos peramanter invitati



ROSTOCHII,
Typis Ioh. WEPPLINGI, SER, PRINC, & ACAD, Typogr.



Fferimus hodie funere publico Virum
Nobilissimum & Spectatissimum Dn. PE-
TRUM ERDMANNUM DONATI, Mi-
nistrum Academiæ nostræ fidelissimum,
cujus memoriæ scriptiōnem hancce sole-
mnem dicari nemo mirabitur , qvi & lau-
datissimam majorum nostrorum consve-
tudinem, & beate defunctis debitum amo-
ris officium aliquantis per secum pensita-
verit. Revocat autem nos ipsum *Donati* nostri in baptismo
acceptum *Erdmanni* nomen ad penitiorem communis nostræ
originis considerationem , à *Mose* Scriptore omnium primo &
summe ἀξιωματικά traditam in primo suo volumine, qvod non im-
merito ἐπερνετος καθολικης titulo Christianis venit, Cap. III. v. 19.
Um Schweiß deines Angesichts soll du dein Brod essen/bis das du wieder zur
Erden werdest/davon du genommen bist. Denn du bist Erde/und sollst zur Erde
werden. Ita quidem satis bene B. *Lutherus*. Qvod si tamen geni-
um lingvæ sanctæ attendimus, dicere liceret, emphatice descri-
bi matrem quasi hominum, qvæ est terra, (ארמה) à qva desumti,
& in qvam reverti coguntur tanquam in commune exsangvi-
um corporum receptaculum. Deinde vero ipsam materiam ex-
structi hominis determinari, pulverem videlicet terræ, ex qvo
constet, & in qvem resolvi debeat tanquam in materiam suam
primam. Inde mortalium qvilibet dici potest ac debet ein *Erd-*
man/partim, qvia de terra est, & in eadem,dum vivit, habitat, &
post mortem qvoqve compagem carnis & ossium naturaliter
olim conjunctam in eadem relinquit, usque dum per gloriosam
resuscitationem ad beatas cœlitum sedes intromittatur, & sic ex
homine , qvi olim *Erdmann* audiebat , reddatur ein *Himmels-*
Mann/si terminis ita uti liberum est. Partim, qvia ipsa etiam
mortalis corporis materies pulvis & cinis existit, & qvantis
artificiis fucus exteriori cuti illinatur , vel membris exterior
mollities colorve inducatur, semper tamen pulveris indicia ad-
parent atqve remanent. Cujus rei periculum si qvempiam fa-
cere

cere delectat, cultello manum radere leniter poterit, & si pulverem ex manibus etiam bene lotis (ne sudorem esse, quod abraditur, dicere queas,) derivari conspicerit, fatebitur, hoc respectu potissimum homini nomenclaturam competere *eines Erdmanns*, quia pulvis ipse, & in pulverem revertetur.

Miranda igitur est fingendi & sentiendi in quibusdam libertas, qui manifeste vim oraculi hujus Divini eludunt, quando corpus Adami lucidum, & incomparabili splendore praeditum fuisse præter scripturam statuunt. Refrænavit tamen eam debita cum accusatione maximorum in Ecclesiam meritorum Theologus Dn. D. Jo. Fechtius nostrâs, in elegantissima disputatione *de Gloriosissime lucente Adami corpore Observatoribus Hallensibus Tom. IIX. Obs. VI. A. 1706.* opposita. Quid enim, quæso, clarus dici poterat, quam cum Adamo Deus grandi verborum pondere dicit: *Nam pulvis TU, & in pulverem reverteris.* Aut enim vocabulum *pulvis* (עָפָר) in priori hujus sermonis parte plane aliud notar, quam in posteriori: aut una eademque significatione in uno eodemque loco accipi debet. Prius illud cogitari nequit, quia ambiguæ locutiones in DEUM veritatis auctorem non conveniunt. Seqvitur ergo posterius, & sensus est: *Pulvis es, h. e* pulvulentæ conditionis, quæ Te etiam in statu integratæ originis Tuæ & dependentiæ à me, tanquam Creatore Tuo, debite admonere poterat, & in pulverem reverteris, i. e. quia vero nunc lapsus es & temporali æque ac æternæ mortis reum te fecisti, mortem quidem æternam propter futurum Messiam fide vera adprehendendum tibi condonabo, sed temporalem, tanquam stipendum peccati, immittam, per quam corpus tuum in pulverem dissolvetur, idque eo facilius, quia ex pulvere constat. Hæc ita plana sunt, ut contradicentes non nisi inextricabilibus difficultatibus sese immittere videantur. Dum enim illi vocem: *terra*, (ארְתָה) non per communem, sed per selectam, pingue, & per fermentationem rutilam atque coruscam, adeoque in quintam quandam essentiam redactam terram explicant, ducti etymologica quamdam

dam ratione; tum non perspiciunt, ab etymologia admodum infirmum deduci argumentum, & semper probationes à derivatione nominum desumptas tum demum aliquid valere, quando reales probationes non suadent contrarium. Sic enim tæpe solendida geruntur nomina, & rei subest parum, & in paucis verum est illud *μάυρούλλητος*: *Nomen & omnia habet*. Id quod vel in iis attendimus, qui Christi discipuli splendiſſimo nuncupantur titulo, & pietatis professores cluunt, suis tamen actionibus plane contrarium demonstrant, & ceruſata tantum opera faciunt. Quando vero ulterius vccem *Pulvis* (ψευ) de pulvere aureo intelligunt, ex quo hominis corpus fuerit formatum; tum nescio, unde probare suam hypothesin velint, nisi ex meritis & minus fundatis conjecturis. Exciderunt igitur Celeberri- mo alias Philologo & Theologo Giffensi D. J. H. M. forte præter opinionem, quæ in Oeconomia temporum V. T. p. 147. leguntur: *Pulveris vox necessarie non infert, quod ex abiectissima terra particula homo formatus sit.* Datur enim etiam pulvis aureus & ARENA AUREA, (Gold-Sand) qualis haud dubie fuit ubique, priusquam terra maledictioni subjecta fuit. Et cum Dickinsonii opinionem non improbat, quando fidens arbitratur, terram Adamicam fuisse puram, elegantem, atque roseo colore ſplendidam; Et post pauca: *Ita ut corpus Adami omnes omnino res terrestres, omnia quoque cœli corpora, Luna ac Sole non exceptis, multum superaverit.* Frivolam vero arbitror reſponſionem, quando ibidem ad dictum nostrum: *Pulvis es tu, & in pulvrem reverteris*, additur: *Post lapsum homini remansisse allusionem tantum ad terram, ex qua formatus erat.* Sic enim ex mente doctissimi Viri talis emerget dici sensus: *Im Schweiß deines Augesichts sollt du dein Brod essen/bis daß du wieder zu der schönen/rethen/ und glänzen- den Erde kommest/ davon du genommen bist: Denn du bist Staub/dass ist/von einem reinen und glänzenden Gold-Sand/ und*

und du sollt wieder zu Staub / daß ist zu schlechten / heßlichen
und unansehnlichen Staub werden. Videmus hic arenam sine
calce , quæ olim Imperatoris ejusdam gnome erat. Sed hæc
omnia sine studio contradicendi eum in finem dicta sunt, ut
sciremus , considerationem originis nostræ ducere nos
debere ad abnegationem omnis superbiæ , & qvotidianam
mortis nostræ pensitationem. Facile qvippe est , ut ho-
mo terreus in terram redeat , æque ac facile est , ut olla te-
stacea ex luto formata confringatur , & , qvando calore non-
dum durata est à figulo , in primam massam reducatur. Hinc
sapienter & pie olim S. Bernhardus pronunciavit in Sermon. In
omnibus operibus tuis memorare tue mortu horrorem , iudicij tre-
mendi valde discrimen , ardoris gehennæ metum ab oculis tui cor-
dis elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tua misera-
riam; Recogita annos tuos in amaritudine anima tua ; & cogita
vita humanæ pericula. Cogita fragilitatem propriam , & in hujus-
modi cogitatione si perseveraveris , dico tibi , parum senties , quic-
quid foris videtur esse molestum , dum toto corde circa interiora
molestiam occuperis.

Deducimur , Cives! Omnia Ordinum Hono-
ratissimi , ad has cogitationes per inopinatum ex mi-
sera hac vita discessum VIRI jam supra nominati , Nobilis-
simi & Spectatissimi Dn PETRI ERDMANN DONATI ,
qui hactenus cum laude munus ministri Academiæ nostræ
publici gessit , & qvotidiana fidelitatis præmitudinisqves suæ
nunquam defessa , approbantibus Patribus Rever. Concilii
Conscriptis , specimina edidit , dignus propterea ex rece-
pto more habitus , cuius recordatio publico etiam program-
mate singulis bonis de meliori nota commendetur. Na-
tus fuit beate defunctus Anno superioris seculi sexagesimo
octavo d. 14 Januarii , Patre Plurimum Reverendo atque Do-
ctissimo Dn. JOHANNE WIGANDO DONATI , Pastore
in Großgösser pago inferioris Lusatiae meritissimo , & per
integros triginta tres annos officium Sacrum dextre admi-

nistrante, Matre CATHARINA ELISABETHA MI-
TIUS, quæ in vivis adhuc, & obitum filii sui dilecti in
gravi sua senectute præsens deplorat. Avum paternum
habuit Virum probum & honestum MARTINUM DO-
NATI, Civem Senftenbergensem in eadem Provincia;
Maternum vero Plurimum Reyerendum & Doctissimum
JOHANNEM MITIUM, Pastorem itidem fi-
delissimum pagi in agro Lusatlico Seren. Quibus hone-
stis, piis, ac optimis parentibus ortus in Sacrosancto ba-
ptismo mysteriis Christianismi initiatus est, quia norant,
hanc ex mandato Divino ordinariam adeoque necessari-
am esse viam consequendæ salutis æternæ. Deinde, cum
sextum ageret annum, ex domestica educatione & tyro-
ciniis pietatis à Patre acceptis Luckaviam deportatus est
in scholam oppidanam, ubi ædibus & hospitio spectatissimi
illius urbis Consulis DN. RICHTERI exceptus no-
vem integros annos præclaros in artibus liberalibus fecit
progressus. His exactis mutare Scholam jussus Jüterbo-
ckium commigravit, ibique per aliquod tempus commo-
ratus Francofurtum ad Oderam, celeberrimum litterarum
emporium, petiit; Cumque hoc loco dimidium annum
substitisset, rei familiaris angustia coactus Berolinum, illud
Lumen Orbi per anagramma, concessit, ubi commo-
dam vivendi occasionem indeptus filios Civis Berolina-
tis Haube dicti erudiit fideliter, & tribus annis Gymna-
sii Fridericiani Civis extitit, tamque bene in studiis su-
is profecit, ut Anno 1694. Rostochiem Academiam
ingredi, & cœptam studiorum suorum Theologicorum
telam prosequi feliciter posset. Fecit illud singulari indu-
stria DONATI, postquam mense Aprili ab Excellentissi-
mo tum Nostro JCTO DN JOH. JOACH. SCHOEPF-
FERO, in numerum studiosorum receptus fuerat,
& præeuntibus Scholæ nostræ celebratissimæ in The-
olo-

ologicis atque Philosophicis Doctoribus tempus non
male collocavit, (quantum quidem ab molesta informatione ipsi supererat ;) & bene de ipso sentientium
judicia variis in' occasionibus expertus est. Atque
ita aliquot annis confectis , cum morte beati BARCLA
JI , ministri quondam Academicici pariter fidelissimi, mu
nus hocce vacaret , rebus ipsius melius consulturi Patres
Academiae Conscripti spartam hanc eidem concredere eo mi
nus dubitarunt, quo magis de DONATI nostri fide atque
integritate certissimam habebant spem. Nec decepta
sunt ista auguria , quandoquidem à primo hujus officii
Academicici die , qui erat XIII. mensis Februarii Anno 1704.
ad extreum usque morbum omne , quicquid ab eo
exspectari poterat , plene & fideliter exsecutus fuit , ita
ut meritum ipsi encomium nullo pacto sit adimiendum.
Ita constitutis rebus suis per singularem videlicet divinam
providentiam , & Excellentissimorum Dnn. Professorum
benevolentiam , Consilia quoq; cepit de contrahendo ma
trimonio , ut rem familiarem eo melius instrueret. Ubi
vitæ sociam naētus est BARBARAM MARGARETHAM
B. sui antecessoris STEPHANI BARCLAJI, Notarii simul
Cæfarei Publici immatriculati , & MARIAE BARBARÆ
Großgebaueri pientissimo quondam Ecclesiaste Jacobæo Dn,
M. THEOPHILO Großgebauer / Viro post fata colendissimo
genitæ, filiam virginem optime educatam , cumque
ista ætate quidem , sed tranquille tamen & pie vixit , ta
lemque se in donio quoque gesit , qualem in Codice fa
cro DEus vult esse unumquemque maritum. Ultima
quod concernit, mortem nisi quidem attulit, sed tamen per
accidens viam eidem monstravit lapsus quidam vehemen
tior, ex quo tamen melius habere potuisset , nisi ipsa corpo
ris constitutio accessisset , quæ spem omnem intercepit .
Advocatus quidem in subsidium ægroto ferendum est In
comparabilis Medicus , Archiater, & Consiliarius Aulicus

Dn.

Dn. SCHAPERUS, qvi pro sua inusitata humanitate remedia saluberrima adiplicari jussit, sed irrito cum successu, siquidem morbus pectoris catarrhalis tantas vires sumvit, ut de fragili corporis sui tabernaculo deponendo cogitare debuerit beatus noster DONATUS. Qvod etiam hilari mente fecit, postqvam à Religiosissimo Ædis Cathedralis Jacobææ Pastore, Dn. HENRICO BECKERO, Confessionario suo, ad beatam mortem debite præparatus fuerat, qvæ etiam inter adstantium gemitus & preces d. 23. Februarii hora matutina octava insecura est. Gratulamur nos eidem meliorem nunc sortem, & adfletæ Viduæ, Matriqve adhuc superstiti Divinam in tanto luctu gratiam & consolationem ex animo precamur. Simul vero Omnes Omnim Ordinum Cives Academicos, ea, qva decet, humanitate rogamus, ut pie defuncto ultimum honorem freqventi comitatu exhibere non recusent, inque morte extremum ei officium exhibeant, qvod unusquisque sibi mortuo fieri exoptat. Ast præter charitas Christianæ documentum hoc pacto datum occasio-
nem insuper habituri sumus, meditandi fragilitatem hu-
manam, & Divinum istud effatum: *Pulvis es Tu, & in
pulverem reverteris, memoria nostræ infigendi.* Commu-
ne enim Tibi, qvisquis es, nomen est Erdmann; Cogi-
tes igitur mature de meliori sede, ut postqvam per fidem
in CHRISTUM vivam cœlesti civitate fueris donatus,
tanquam cœli incola vere dici queas
DONATUS.

P. P. Sub Sigillo RECTORALI
d. I. Martii Anno 1714.

Conventus fiet hora I. pomerid, in Æde Cathedr. S. Jacobi;





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747564361/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747564361/phys_0013)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747564361/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747564361/phys_0015)

DFG



ologicis atque Philosophicis Doctoribus
male collocavit, (quantum quidem
matione ipsi supererat,) & bene de-
judicia variis in occasionibus expe-
rita aliquot annis confectis, cum mort-
II, ministri quondam Academicici pari-
nus hocce vacaret, rebus ipsius melius
Academiae Conscripti spartam Franc eiden-
nus dubitarunt, quo magis de DONAT
integritate certissimam habebant spe-
sunt ista auguria, quandoquidem a pri-
Academicci die, qui erat XIII. mensis Fe-
ad extremum usque morbum omne
exspectari poterat, plene & fideliter e-
ut meritum ipsi encomium nullo pa-
Ita constitutis rebus suis, per singularem
providentiam, & Excellentissimorum
believolentiam, Consilia quoq; cepit o-
trimonio, ut rem familiarem eo melius
vitæ sociam nactus est BARBARAM N.
B. sui antecessoris STEPHANI BARCI
Caesarei Publici immatriculati, & MA-
GROßgebauer/pientissimo quondam Ec-
M. THEOPHILO Großgebauer/Viro po-
genitæ, filiam virginem optime edu-
ista & tenet quidem, sed tranquille tan-
temque se in domo quoque gessit, qu-
ero DEus vult esse unumquemque in
quod concernit, mortem non quidem a
accidens viam eidem monstravit lapsus
tior, ex quo tamen melius habere potui-
ris constitutio accessisset, quæ spem o-
Advocatus quidem in subsidium ægropo-
comparabilis Medicus, Archiater, &



↑
100
110
120
130
140
150
160
170
180
190
200
210
220
230
240
250
260
270
280
290
300
310
320
330
340
350
360
370
380
390
400
410
420
430
440
450
460
470
480
490
500
510
520
530
540
550
560
570
580
590
600
610
620
630
640
650
660
670
680
690
700
710
720
730
740
750
760
770
780
790
800
810
820
830
840
850
860
870
880
890
900
910
920
930
940
950
960
970
980
990
1000
Inch mm
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11
Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TZ63 Serial No. 076

non
infor-
ntium
Atque
RCLA-
ni, mu-
i Patres
e eo mi-
e atque
cepta
officii
no1704.
l ab eo
t, ita-
ndum.
livinam
Iorum
ndo ma-
t. Ubi
THAM
ii simul
BARÆ
bæoDn,
disimo
umique
ixit, ta-
dice sa-
Ultima
men per
ehemen-
fa corpo-
rcepit.
est In-
Aulicus
Dn,